

[Liber octavus]

[fol. 179v° b]

INCIPIT LIBER OCTAVVS HIC STORIA. *

Et¹ audiui uocem magnam dicentem septem angelis. Ite, effundite fialas Dei in terra. Et habiit primus angelus, et effudit fialam suam in terra et factus est ulcus malum et seuum super omnes habentes nomen bestiae, et adorantes simulacrum eius [Ap 16,1-2].
EXPLICIT STORIA.

[179v°] **Illustration : Le mandat des sept anges aux coupes** (Ap 16, 1) :

Partie supérieure sur b : Panneau d'entrelacs.

Partie inférieure sur a et b : Sept anges debout, ailes déployées, tiennent une coupe : UBI PRECEPTUM EST SEPTEM ANGELIS FUNDERE FIALAS SUAS IN TERRA.

[179v° a]

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE ².

Et³ audiui uocem de celo magnam, dicentem septem angelis : Ite, [179v° b] **effundite fialas Dei in terra** [Ap 16,1]. Data potestas est Ecclesie, ut ira perfundat terram de qua exiit. Iam supra diximus, septem angelos septem Aecclesias esse, quod est una. Septem [fol. 180 a] fialas, quod est praedicatio Eūangelii, quam⁴ Dominus per praedicatorum suos siue gloriam siue supplitia mundo denuntiat. Istę sunt fiale, quas⁵ angeli ferunt, quod supra diximus plenas odoramentorum. Iste fiale ipsę sunt⁶ ista rota intra rota, id est Eūangelium intra Legem⁷, in quatuor animalia supra in tercio libro exposuimus quę habent⁸ in se staturam, id est ut quiescant a peruerso opere. Habet orribilem aspectum, qui⁹ est terror gehennae, qui sine fine reprobos cruciat. Habet altitudinem, id est gloriam repromissionis aeternae. Est ergo haec rota, recta in praeceptis, alta in promissionibus, orribilis in minis¹⁰. Est ergo haec rota, tenebrosa aqua in

* **LÉGENDE : Caractères rouges** : • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

2. Cédille ajoutée à l'encre noire.

3. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

4. quem corr. en quam.

5. quę corr. en quas.

6. ipsa est corr. en ipsę sunt.

7. quem gratté après legem.

8. n ajouté en interligne.

9. quę corr. en qui.

10. minimis corr. en minis.

nubibus aeris, quia obscurata est scientia in prophetis. Per hanc rotam nubes transeunt et pluuiam sterilem terram effundunt, qui plus intelligunt¹¹ fialas effundunt. et qui minus intellegunt, ciatos effundunt. Ibi gloriam et iram Dei denuntiant. Et haec spiritualis plaga est quam⁴ porro docti considerant, et non aperte sed spiritualiter, et haec plaga Ecclesiam deuastat. Non perspicue ut famis corporalis sit, sed spiritualiter famis est, cum hec scriptura ab omnibus legi et audiri potest, sed porro a doctis intelligi potest. Clausa sunt uerba, in allegoriarum obscuritate tenebrosa, sicut in hoc libro scriptum est: *Signa que locuta sunt septem tonitrua, et ne ea scripseris* [Ap 10,4]. Et Danieli dictum est: clude¹² sermonem et signa librum. Cum hec ita est et [fol. 180 b] a¹³ multis legitur et auditur, sed porro a¹³ doctis, et a paucis, Spiritu Sancto reuelante, intellegitur, et non carnalibus sed spiritualibus contemplatiuis reuelatur. In maliuolam enim animam, non ingreditur sapientia.

Tanta obscuritas est misteriorum, ut nisi tegmen littere relinquantur, non intelliges¹⁴. Littera enim occidit, sensus uiuificat, ut beatus Iheronimus ait: Alii litteras aucupentur et sillabas, tu quere sentencias¹⁵. Sententiae¹⁶ a sentiendo, in bono semper nomen acceperunt. Heretici uero et ypocrite et scismatici¹⁷, et supersticiosi, et carnales sacerdotes, non sentencias querunt, sed magis litteras secuntur. De ipsis¹⁸ dictum est: Sequentes occidentem litteram, et non Spiritum¹⁹ uiuificantem. Hinc Dominus per Iob, ad Eliud²⁰ ait:

Quis est iste inuoluens sentencias sermonibus imperitis? Carnales enim superbi, ut sapientes esse uideantur, sine ratione semper sentencias inuoluunt, dum captando laudem ab omnibus habere querunt; et cum hec²¹ non intelligunt²², arrogantes contra Ecclesiam surgunt. Et diuersi diuersa intellegendo, in heresem prolabantur; et in diuersa sentientes, ignaras mentes in confusionem trahunt²³. Et cum sint carnales, populum carnalem illudunt²⁴, et hec sibi uindicando, Aecclesiam praemunt. Bene ergo dictum est Danieli: Claude¹² sermonem, et signa librum, usque ad Christum ducem, tempus statutum pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia. Qui Danieli multiplicem [fol. 180v° a] reuelauerat ueritatem, ipse occulta signans que locutus est. Precepit ut inuoluat sermones et signet librum et legant plurimi et legant storię ueritatem et propter obscuritatis magnitudinem, diuersa suspicentur.

Quod enim ait, pertransibunt plurimi, id est percurrent plurimi legendo libros. Solemus enim dicere: percurri librum et totum legi, et transiui storiā tamquam

11. intellegunt corr. en intelligunt.

12. clude corr. en claude par grattage, surcharge et ajout de u en interligne.

13. a ajouté dans la marge.

14. is final corr. en es.

15. s final ajouté.

16. a final corr. en æ.

17. ci ajouté en interligne.

18. ipsa corr. en ipsis.

19. m ajouté en interligne après u final avec tilde.

20. t final corr. en d.

21. librum gratté après hec.

22. intellegunt corr. en intelligunt.

23. h ajouté en interligne.

24. in initial corr. en il.

ceçus si diceret : iter ambulauit, et nec celum nec terram uidi. Quid enim prodest multa scire, et nulla intelligere ? Sapientia Salomonis cotidie²⁵ in Ecclesia legitur, sed per malam mulierem in inferno mittitur.

Signatus est liber iste, et inuolutus sermonibus obscuris, quod quidem et Esaias de obscuritate sui uoluminis loquitur dicens :

Et erunt sermones libri istius, quasi uerba uoluminis signati. Quod si dederint²⁶ librum²⁷ homini nescienti litteras, dicentes ei : Lege ; respondebit : Nescio litteras. Alioquin, si dederint scienti litteras dicentes ei : Lege librum. Respondebit : Non possum legere, quia signatus est, et hic liber²⁸ Apocalipsis²⁹ uidetur a Iohanne signatus sigillis septem, intus et foris. Cumque nullus poterat signacula ipsius soluere, ait Iohannes : *Et ego flebam nimis, et uenit uox dicens : Ne plores ; ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, et soluere signacula eius* [Ap 5,4-5].

Librum autem istum potest soluere, qui scripturarum sacramenta cognoscit, et intelligit. ANATHEMATA et uerba tenebrosa propter misteriorum magnitu-[fol. 180v° b]-dinem, et interpretatur parabolas³⁰, et occidentem litteram transferat ad Spiritum uiuificantem. Hic est liber, qui rota dicitur. Quid autem rotam, nisi sacram scripturam dicit, quæ ex omni parte in³¹ ad auditorum mentes uoluitur, et nullo erroris angulo a predicationis suæ uia³² retinetur ? Ex omni autem parte uoluitur, quia inter aduersa et prospera et recte et humiliter incedit. Circulus quippe præceptorum illius, modo sursum, modo deorsum est. Sursum uero est, quia ipsa scriptura serui Dei perfecti spiritaliter dicuntur. Deorsum uero est, quia³³ a carnalibus et ab infirmis mentibus, non spiritaliter sed per storiā iuxta litteram intellegitur³⁴. Hoc totum una rota est, et una scriptura³⁵, et una iussio³⁵, et una Ecclesia³⁵, et unus Dominus³⁵, et una fides³⁵, et unum baptisma est, sed una uita non est. Quia diuersi diuersa sentiendo, diuersis coloribus quasi tincti³⁶ fuscantur. Et unde hoc accidit, nisi quia per hanc rotam ambulant³⁷, et non uident eam quia cæci sunt, et in tenebris ambulant. Et cum ambulant, fatiem³⁸ deorsum rotæ ducunt. Docti uero et spirituales uiri, per spiritalem intellegentiam prædicando, rotam in altum ducunt.

Et cum haec fatiunt, fialas in terram fundunt, quia carnalibus mentibus, nisi mundum derelinquant, minas et terrores promittunt.

25. Lire cotidie.

26. n ajouté en interligne devant le t final.

27. Un mot gratté devant librum.

28. in hoc libro corr. en hic liber.

29. m final corr. en s.

30. is final corr. en as.

31. in (sic) ajouté d'une autre main en fin de ligne dans la marge.

32. uie corr. en uia.

33. a ajouté en interligne.

34. guntur final corr. en gitur par grattage.

35. est gratté avant et.

36. tinctura diuersa corr. en tincti par grattage ; espace occupé par un trait brisé.

37. ambulantis corr. en ambulans.

38. De fatiem à ducunt, corrections par grattages et surcharges : texte corrompu.

Tunc et fulgura et tonitrua sunt, et grando, et carbones ignis cum pluuiis ³⁹ mixti ⁴⁰, et fulgura quę a trono Dei, id est ab Ecclesia [fol. 181 a] p̄dicatores, procedit sicut dicit : *Et habiit primus angelus, et effudit fialam suam in terram* [Ap 16,2].

INCIPIST STORIA PRIMI ANGELI.

Et ⁴¹ primus angelus effudit fialam suam in terram, et factus est ulcus malum et seuum, super omnes habentes notam bestię et adorantes simulacrum eius [Ap 16,2].

Illustration : Première coupe (Ap. 16, 2) :

Un ange renverse sa coupe vers le sol : PRIMUS ANGELUS EFFUDIT FIALAM SUAM IN TERRAM.

INCIPIST EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :::

Et ⁴² primus angelus effudit fialam suam in terram, et factum ⁴³ est ulcus malum et seuum, super omnes habentes notam bestię et adorantes simulacrum eius [Ap 16,2].

Omnes istę plage spirituales sunt. Nam ipso tempore Antichristi, inlesus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quasi qui acceperit [fol. 181 b] totam seuiendi potestatem contra Ecclesiam.

Nam corpus erit tunc in ⁴⁴ impletione ⁴⁵ peccatorum, quia iam peccato pleni sunt et irę consumptione. Et nemo ⁴⁶ malorum eo ⁴⁷ tempore aliqua flagella in corpore sentiet ⁴⁸. Non famem ⁴⁹, non sitim ⁴⁹, non egritudinem ⁴⁹, sed neque a furore malorum conpescent ⁵⁰. Factum ⁴⁹ est ulcus malum, id est uulnus seuum, et putredo.

Sed spiritualiter eo quod uoluntatibus suis sit traditus, et faciet ⁵¹ quicquid uoluerit, uoluntaria et mortalia ⁵² peccata. FINIT Ifaciet ⁵³.

INCIPIST STORIA SECUNDI ANGELI ⁵⁴ :

Et ⁵⁵ habiit secundus angelus ⁵⁶, effudit fialam suam in mare. Et factu[s] ⁵⁷ est sanguis sicut mortui, et omnis anima uiuens mortua est in mari ⁵⁸ [Ap 16,3].

39. m final gratté.

40. a final corr. en i.

41. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

42. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

43. factus corr. en factum.

44. in écrit en interligne d'une autre encre.

45. Grattage de ad au début et de deux lettres au milieu du mot.

46. neminem corr. en nemo par grattage et surcharge

47. Lettres grattées à la fin du mot.

48. sentiri corr. en sentiet.

49. s final gratté et remplacé par un tilde.

50. conpesci corr. en conpescens.

51. Faciat corr. en faciet sans suppression du a..

52. mortalia corr. en mortalia.

53. faciet écrit à la ligne suivante avec signe de paragraphe.

54. secundus angelus maladroitement corr. à l'encre noire.

55. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

56. angelus ajouté en interligne d'une encre noire.

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :

Et⁵⁹ **habiit secundus angelus effudit fialam suam in mare, et factus est sanguis sicut mortui, et omnis anima uiuens mortua est in mari** [Ap 16,3]. Quid enim appellatione maris, nisi tempestas persecutionum et corda malorum tumidis et superbis cogitationibus fluctuosa, quae tempore Antichristi quasi uentorum, id est spiritualium nequitiorum, grauiter in huius saeculi tempestate Eclesie quassabitur nauicula? Que hinc inde fluctibus quatietur, et peregrinationibus molestiis⁶⁰ sustinebitur. **EXPLICIT.**

INCIPIT STORIA TERTII ANGELI ::

Et⁵⁹ **tertius angelus effudit fialam suam in terram**⁶¹, **et fontes aquarum.** [fol. 181v° a]

Et factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem : Iustus es qui fuisti et futurus es sanctus, quia haec iudicasti et quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, sanguinem eis dedisti bibere, digni sunt.

Et audiui aram Dei dicentem : etiam.

Domine Deus omnipotens, uere et iuste sunt iudicationes eius [Ap 16,4-7].

Illustration : Deuxième coupe (Ap. 16, 3) :

Un ange courbé en avant verse sa coupe dans la mer où apparaissent des gouttes de sang : **ET SECUNDUS ANGELUS EFFUDIT FIALAM SUAM IN MARE. FACTUS EST SANGUIS.**

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE ::

Et⁵⁹ **tertius angelus effudit fialam suam in flumina, et fontes aquarum, et factus est sanguis.**

Et audiui angelum aquarum dicentem :

Iustus es, qui fuisti et futurus es sanctus, quia haec iudicasti, et quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, sanguinem eis dedisti bibere ; digni sunt [Ap 16,4-6]. In hoc libro octauo, septem angelos dicimus, septem fialas effundentes. Vnus super terram, alius super [fol. 181v° b] mare, tertius super flumina et fontes aquarum, quartus super solem, quintus super tronum bestiae. Sextus, super fluuium Eufraten. Septimus super aerem, terra, mare, flumina, fontes aquarum. Sol, tronus bestie. Fluuius Eufrates, aer. Super hec omnia angeli effuderunt fialas. Terra sunt⁶² homines quod probari⁶³ facile est.

Illustration : Troisième coupe (Ap. 16, 4) :

Un ange en vol verse sa coupe dans des sources et des fleuves où apparaissent des filets de sang : **TERCIUS ANGELUS EFFUDIT FIALAM SUAM IN FLUMINA ET FONTES.**

57. s final gratté.

58. Fin de ligne occupée par une ligne brisée rouge flanquée de points bleus.

59. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

60. as final corr. en is.

61. Lettres grattées après terram.

62. Mots grattées en début de ligne ; est corrigé en sunt.

63. probare corr. en probari.

Omnibus enim angelis in terra fundere mandatum est, hoc est in populis prædicare, quod ⁶⁴ aliud fecisse credendum non est. Omnes ⁶⁵ autem plage, a contrario intelligendę ⁶⁶ sunt. Plaga est enim insanabilis et ⁶⁷ ira magna accipere potestatem peccandi, maxime in sanctos ⁶⁸ corripit. Adhuc malos ira Dei et terrorum fomenta subministrari, propter recordationem ut sibi placeat, et unusquisque sanctus quod facit hoc sibi sanctitatem putet, et dicat in corde suo, iusticiam fatio. Multę uiae putantur hominibus iustę, nouissima eius ueniunt in profundum inferni. [fol. 182 a] Haec est plaga irę Dei hęc uulnera insanabilia transfundit ⁶⁹. In hoc mundo gaudere unumquemque sanctorum et gaudere et placere sibi, et quicquid egerit sibi purum et blandum uideri, et cum hęc facit, maxime de die in diem in peccatis crescit. Cum et multis uicibus et detrahit ⁷⁰ et fratribus suis irascitur ⁷¹, et putat se Deo sacrificare, cum fratribus ministrat, et suis uoluntatibus agitur, et de die in diem in malitia crassatur. Putat se Deo sacrificare fratris cęde perfusum, cum in eo non simplicitas sed malitia uidetur. Simples et recti adhererunt ⁷² michi, dicit Dominus. Proinde Spiritus Sanctus in simplice animali ⁷³, id est in columba apparuit, quę etiam corporaliter felle caret, et alteri aui litis ⁷⁴ iniuriam facere nescit. Solum ergo in eos habitat Spiritus Sanctus, in quos fuerit simplex et mansuetus dilectionis affectus. Alio in loco, Spiritus Sanctus in igne apparuit. Consuetudo ignis est, frigidus calefacere. Hanc enim habet naturam ignis accensus, ut quanti ad eum accesserint, calefatiuntur, et quanti ad crinem purpureis splendoris eius aspexerint, tantis uisum suę lucis inperit.

Tantis ministerium per aliquid cognitionis substantię sui muneris tribuat, et ipse inde nichil minuat, sed nihilominus in sui integritate permaneat. Ad instar ergo istius ignis Spiritus Sanctus inde nomine ⁷⁵ ignis appellatur, quod in apostolorum Actibus per diuisionem linguarum ut ignis apparuit, qui insedit super unumquemque eorum; propterea [fol. 182 b] autem diuersarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur fidelium eruditione populorum. Quod uero supra singulos sedisse memoratur, id causa est ut intellegatur per plures non fuisse diuisus, sed mansisse in singulis totus.

Multi erant eo tempore, qui Christum corporaliter uidebant. Et cum mirabilia eum facientem uidebant, credebant, et nullam persecutionem ei faciebant.

Sed de tanta multitudine, solum super CXX animas legimus Spiritum Sanctum descendisse, et hoc ipsud non per plures domos, sed in una ⁷⁶ domo congregatos.

64. d ajoutę en interligne.

65. omnis corr. en omnes.

66. intellegendę corr. en intelligendę.

67. Lettres grattęes auant ira.

68. nec grattę apręs sanctos.

69. transfungi corr. en transfundit.

70. h ajoutę en interligne d'une autre encre.

71. irasci corr. en irascitur.

72. h ajoutę dans la marge d'une autre encre.

73. i final ajoutę d'une encre plus claire.

74. s final ajoutę d'une autre encre.

75. nomen corr. en nomini.

76. o final corr. en a.

Vbi ergo inchoauit Eclesia, nisi ubi uenit de celo Spiritus Sanctus, et impleuit uno loco sedentes CXX ? duodenarius ille numerus decuplicatus erat.

Si per singulos duodecim decenos ponas, qui perfectus numerus est, CXX fiunt.

Haec est una domus caritatis, et ⁷⁷ Eclesiae ⁷⁸.

Hęc est cor unum et anima, hęc est una simplicitatis columba. Hęc est unus Spiritus Sanctus, qui proprie caritas ⁷⁹ nuncupatur, quia naturaliter a Patre et Filio quibus procedit coniungit, et se unum cum eis esse ostendit, uel quia in nobis id ait, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis. Vnde et in donis Dei nichil maius est caritate, unde et Eclesiam non possumus plus in aliis uirtutibus intelligere, quam in simplicitate et caritate, et nullum est magis donum Dei, quam Spiritus Sanctus, ipse est et gratia. Qui non meritis nostris, sed uoluntate diuina gratis datur; unde et gratia nuncu-[fol. 182v° a]-patur. Sicut autem unicum Dei Filium proprie uocamus sapientiam cum sit uniuersaliter et Spiritus Sanctus et Pater ipsa sapientia, ita Spiritus Sanctus propriae nuncupatur uocabulo caritatis, cum sit et Pater et Filius uniuersaliter, caritas. Et quia quasi duos ligat, Patrem et Filium, inde proprie dicitur caritas, ita et duos ligat in Eclesia, Deum et proximum. Et omnis qui proximum diligit, et proprie ⁸⁰ caritas non in se sed in alterum extenditur; et ibi aduenisse Spiritus Sanctus certissime creditur. Et hos ⁸¹ quos Spiritus Sanctus repleuerit, nullus inter eos ⁸² egens inuenitur, sicut et ad istum ignem quem diximus qui accesserit ad calefatiendum, nullus frigidus remanebit ⁸³; strues ⁸⁴ enim lignorum cum non ardet, frigidus est, et greco uocabulo rogas dicitur, latine ignis.

Omnis enim qui ad calefatiendum ad ignem accesserit, certissime et ipse calefactus erit.

Et si accesserit et calefactus non fuerit, certissime scias illum ⁸⁵ ignem non ardere.

Aut si ardet et non calefiet, certum scias qui calefaciatur non esse. Ita credas Spiritum Sanctum ut ignem. Hoc totum quare diximus, quia multos in Eclesia sanctos uidemus ⁸⁶ auaritia inuolutos, et cum aliis ⁸⁷ egere conspiciunt, nullis ⁸⁸ pietatis uisceribus ⁸⁹ egenti proximo miserentur. Et die noctuque in squalore penitentiae uersantur. Non est ibi ignis Spiritus Sancti, qui utroque non calefacit. Sed ⁹⁰ ignis dicitur, et frigidis ⁹¹. De hoc ⁹² igne ueritas in Euangelio dicit: Quia habundauit iniquitas, refrigescet caritas [fol. 182v° b] multorum. Haec est fiala fusa in fluminæ.

77. et ajouté en interligne.

78. a final corr. en æ.

79. caritatis corr. en caritas.

80. e final corr. en e.

81. h ajouté en interligne.

82. eis corr. en eos.

83. remanebitur corr. en remanebit.

84. et gratté devant strues.

85. illud corr. en illum.

86. et gratté devant auaritia.

87. alios corr. en aliis.

88. nulla corr. en nullis.

89. uiscera corr. en uisceribus.

90. sed ajouté dans la marge d'une autre main.

91. a final corr. en is.

92. hac corr. en hoc.

Hęc est maxime sanctis spiritualis plaga ; hęc est ulcera in seruis Dei, aetiam cum peccatoribus et sceleratis mixta. Sicut scriptum est :

Qui amat animam suam perdet eam, et qui perdidit animam suam⁹³, inueniet eam. Non amat animam suam, qui melius sibi quærit quam fratri.

Omnis enim qui fratri egentem non miseretur, et in una compassione cum eo non compatitur, plus de proprietate mundi, quam de tribulatione letatur. Hic est angelus aquarum, in quo reuelauit Deus abitum aquarum illarum. Id est, ostendit Deus, quid illis fuerit⁹⁴ ille abitus. In angelo autem aquarum, omnes angelos populorum dixit, id est interiores homines dicit, quę sunt anime. Non enim unus angelus Deo gratias agit super iusto iudicio eius, quod iniquis et peccatoribus omnia sua bona in malum conuertitur, et homicidas morte prostrauerit. Haec spiritualis plaga, sicut in malis aperte, ita in bonis crassatur occultę et hos⁹⁵ tempore Antichristi demonum caterua inuadit, quos antea in uitii tenuerit. Sicut scriptum est :

Adiciendo facinus, super facinus eorum, et tunc parebit aperte, quod nunc in utero gestat occultę. Et de peccatis propriis unusquisque⁹⁶ sibi ignem accendit, et retribuetur ei secundum merita sua, cum uiderint eos iustę puniri, tunc lauabunt manus suas in sanguine peccatorum, cum uiderint uindictam impiorum.

Nam altera qualis ultio poterit esse, si prophetarum interfectores, pro aqua sanguinem biberint ? Aut quomodo dicent pax et securitas manducantes et bibentes, si ulceribus fossi et saucii sanguine rigentur ? [fol. 183 a]

Et audiuit aram Dei dicentem : etiam, Domine Deus omnipotens uere et iustę sunt iudicationes eius [Ap 16,7].

Quod sunt angeli, hoc est et ara id est una Eccclesia, quę die noctuque Deo gratias agere non cessat.

INCIPIT STORIA⁹⁷ QVARTI ANGELI⁹⁸ :

Et⁹⁹ quartus angelus effudit fialam suam super solem, et datum est ei urere homines igni ; et usti sunt homines ustione magna.

Et blasphemauerunt nomen Dei habentes potestatem in his plagis, neque egerunt penitentiam, ut daret eis claritatem [Ap 16,8-9]. EXPLICIT.

Illustration : Quatrième coupe (Ap. 16, 8-9) :

*Dans la partie supérieure : Un ange debout verse sa coupe sur le soleil :
QUARTUS ANGELUS FUDIT FIALAM SUAM SUPER SOLEM.*

Dans la partie inférieure : trois personnages se couvrent la tête.

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE¹⁰⁰.

Et⁹⁹ quartus angelus effudit fialam suam super solem, et datum est ei [fol. 183 b] urere homines igni [Ap 16,8]. Non soli tantum est, sed ei¹⁰¹ qui sole¹⁰² perfudit.

93. suam ajouté en interligne.

94. fu répété par erreur en fin de ligne et en début de ligne suivante.

95. h ajouté en interligne.

96. i écrit en interligne.

97. e final corr. en a par surcharge.

98. quartus angelus corr. en quarti angeli par exponctuation.

99. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

100. storię écrit à la fin de la ligne suivante.

Et usti sunt homines, ustione magna [Ap 16,9]. Futuro utique igne, ubi peccatores mittentur, sicut et prima discriptione in libro quinto de equis ¹⁰³ quos uiderat in uisione, quorum capita erant ut leonum, et ex ore eorum exire ignem, fumum et sulphurem, id est preparati ad incendium gehennę, et ex his tribus ¹⁰⁴ plagas occisi ¹⁰⁵ spiritualiter homines, hoc est uerba ipsorum hominum qui se dicunt terrenos, quod est ignis et sulphur et fumus, id est uerba unde se dicunt terrenos, hoc est ¹⁰⁶ ustio solis, per quam ¹⁰⁷ praeparantur ad ignem incendii, qui eis consentientes fuerint. In presentia eorum uero istius temporis, quantum permittitur, clarificat dominos ¹⁰⁸ suos.

Quam claritatem et læticiam Spiritus Sanctus plagas definiuit et dolores, quia non possunt sancti fieri, nisi prius fuerint in patientia probati, per malorum persecutiones.

Et blasphemauerunt nomen Dei, habentes potestatem in his plagis, neque egerunt penitentiam, ut darent ei claritatem [Ap 16,9]. Nomen Dei blasfemant ¹⁰⁹, et cum hoc saeculo in peccatis luxuriantur, et filios Dei se uocant. Nam non apertę nomen Dei blasfemant, sed cum hæc ¹¹⁰ quę diximus opera agunt, nomen Dei blasfemare dicuntur. Cum christiani se ore confitentur, et opere christiani non sunt, pro hoc dicit *blasfemauerunt nomen Dei, habentes potestatem in his plagis, neque egerunt penitentiam, ut darent ei claritatem* [Ap 16,9]. Non ad ipsorum duritiam [fol. 183v° a] retulit, sed ¹¹¹ iustam indignationem Domini, qui tale genus plagę dedit, in quo non recordentur. Nam si corporaliter fuissent afflicti, debuerant sanari per manum Dei a qua ¹¹² fuissent tacti. Nam in hoc mundo diuino iuditio in uoluptate ¹¹³ reducti sunt, ut fatiant quod uoluerint, unde damnentur. Nam iusti in hoc saeculo per tribulationes in pugnam mittuntur, ut, cum probati fuerint, habeant ¹¹⁴ unde coronentur. Sicut scriptum est : Flagellat Dominus et castigat, et corripit omnem filium quem recipit. EXPLICIT QVARTUS ANGELVS :

INCIPIIT QVINTVS ANGELVS :

Et ¹¹⁵ **quintus angelus effudit fialam** suam super thronum bestię, et factum est regnum eius contenebricatum, et comedebant linguas suas a doloribus suis blasfemantes iram ¹¹⁶ Dei, et penitentia ¹¹⁷ non egerunt [Ap 16,10-11].

101. eis corr. en ei.

102. solem corr. en sole.

103. os final corr. en is.

104. has tres corr. en his tribus.

105. um final corr. en i.

106. et gratté après est.

107. quod corr. en quam.

108. Une lettre grattée entre n et s, remplacée par un trait de liaison.

109. s écrit en interligne.

110. hanc corr. en hæc.

111. ad gratté après sed.

112. quo corr. en qua.

113. s final gratté.

114. habent corr. par surcharge du e en a, puis, d'une autre encre, ajout de e suscrit.

115. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

116. ex ira corr. en iram.

117. Tilde gratté sur le a final.

Illustration : Dans un cadre de rinceaux, un lion attaque une biche.

[fol. 183v° b] : **Illustration : Cinquième coupe** (Ap. 16, 10) :

Un ange en vol renverse sa coupe sur un trône d'or : QUINTUS ANGELUS EFFUDIT FIALAM SUAM SUPER TRONUM BESTIAE.

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE ¹¹⁸.

Et ¹¹⁵ quintus angelus effudit fialam suam super thronum bestię : et factum est regnum eius contenebricatum [Ap 16,10].

Id est de his plagis ¹¹⁹ quas supra diximus obscuratum et lucis alienum. Thronum enim bestię, Aecclesia eius est, ipsa est sub pedibus mulieris. **Et comedebant linguas suas, doloribus suis** [Ap 16,10]. Id est inuicem sibi nocebant. Quia cum sint mali et unum corpus diaboli sint, inter se inuicem pacem non habent ; sicut ueritas dicit : Ex hoc occidet frater fratrem in morte, et pater filium, et exsurgent filii in parentes, et morti eos afficient.

Blasfemantes iram ¹²⁰ Dei [Ap 16,11]. Quia hoc breue tempus gaudia existimant, et quod oculis uident, hoc pro Deo habere se putant, [fol. 184 a] ita ut pro Deo uentrem colant. **Et pēnitentiam non egerunt** [Ap 16,11]. Vtique obturati sunt p̄ laetitia, et mundi amicitia. Nam non aperte Deum blasphemant, nam cum sint amatores mundi, et praedicatores nequissimi, super pacem et habundantiam suam gratias Deo referunt. Sicut in Ēuangelio dictum est. De ouibus Dei, uedentes eas dicebant, benedictus Dominus, quia et nos benedicti sumus.

EXPLICIT V ANGELVS.

INCIPIT SEXTVS ANGELVS.

Et ¹¹⁵ sextus angelus effudit fialam suam super flumen illud magnum Eufraten, exsiccata est aqua eius ut praepararetur uia regum ¹²¹ eorum qui sunt ab ortu solis [Ap 16,12].

Illustration : Sixième coupe (Ap. 16, 12) :

Un ange déverse sa coupe dans le fleuve Euphrate : SEXTUS ANGELUS EFFUDIT FIALAM SUAM SUPER FLUMEN EUFRATEN.

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.

Et ¹¹⁵ sextus angelus effudit fialam suam in flumine magno ¹²² illo ¹²² Eufrate [Ap 16,12] ; id est super omnem populum illum malum, ad igni ¹²³ incendium praeparatum, sicut dicit : [fol. 184v° b] **Exsiccata est aqua eius** [Ap 16,12]. Id est perfectam ad combustionem, in quo nichil remansisset uiuum, nichil uiride, quod non est igni aptum. Hoc est quod supra dixit. *Aruit messis terrae* [Ap 14,15] ; et hoc in libro septimo require. **Vt preparentur uię regum eorum, qui sunt ab ortu solis** [Ap 16,12].

118. storię écrit en fin de ligne suivante.

119. has plagas corr. en his plagis.

120. ex ira corr. en iram.

121. regnum corr. en regum.

122. o final écrit à l'encre noire sur une lettre grattée.

123. ignem corr. en igni.

Sol, Christus est. Reges sancti sunt, qui sunt ab ortu solis, id est a Christo. Hii ¹²⁴ enim perfecti ¹²⁵ iusti rapiuntur obuiam Christo in aera, haec est uia regum eorum ab ortu solis.

Prætermisso sexto angelo recapitulat ab origine breuibus. EXPLICIT VI ANGELVS.

INCIPIT STORIA SVPRADICTARUM RANARUM ¹²⁶.

Et ¹²⁷ uidi ex ore draconis, et ex ore bestię et ex ore pseudoprophete, spiritus tres inmundos quasi ranas ¹²⁸; sunt enim spiritus demoniorum facientes signa ranę, qui exeunt ¹²⁹ ad reges orbis totius congregandos ¹³⁰, in bellum die ¹³¹ magni Domini omnipotentis; ecce, ueniet ut fur; beatus qui uigilat et seruat uestimenta sua ne nudus ambulet, et uideant turpitudinem eius, et congregabit illos in locum qui dicitur ebraycæ Urmagedon [Ap 16,13-16].

EXPLICIT STORIA RANARVM.

Illustration : Scène de genre : Deux barbons se battent pour une belle : CALUI DUO PRO HAC MULIER.

Au-dessous : FRONTIBUS ATTRITIS BARBAS CONSCINDERE FAS EST.

[fol. 184v^o] **Illustration : Le Dragon, la Bête et le Pseudo-prophète** crachant les esprits immondes semblables à des crapauds (Ap. 16, 13) :

PSEUDO PROPHETA. DRACO. BESTIA. DE ORE DRACONIS ET DE ORE BESTIAE ET DE ORE PSEUDOPROPHETAE SPIRITUS TRES INMUNDI IN MODU RANARUM PROCEDUNT.

[184v^o a]

INCIPIT EXPLANATIO DE EASDEM RANAS ::

Et ¹³² uidit ex ore draconis, et ex ore bestię, et ex ore pseudoprophete, spiritus tres inmundos [Ap 16,13].

Iam supra, draconem diabolum diximus.

Bestiam uero omnem populum malum, hoc est corpus eius. Pseudo tamen propheta, ipsi pseudosacerdotes sunt, quos in ¹³³ bestia cum duobus cornibus supra exposuimus.

Hii tres, unum sunt. Tres spiritus se uidisse testatur, sed unum spiritum habent, quia et unum caput habent diabolum, cuius membra esse creduntur. Hii spiritus uerba ipsorum sunt, quia quod diabolum eis inspirat, hoc locuntur. Populus qui bestia dicitur, hoc est pseudopropheta, qui [fol. 184v^o b] eorum sacerdotes se dicunt [t] ¹³⁴. Cum spiritum uidit, sed pro numero partim unius corporis.

124. his corr. en hii.

125. s final gratté.

126. dictas ranas corr. en dictarum ranarum par exponctuation et ajout en interligne.

127. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

128. ranae corr. en ranas.

129. exiunt corr. en exeunt.

130. congregare eos corr. en congregandos.

131. i final gratté.

132. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

133. quem corr. en quos in.

134. t final gratté.

Draco, id est diabolus. Nam et bestia corpus diaboli, et pseudoprophetae¹³⁵, id est praepositi corporis diaboli, unus spiritus est. **Quasi ranę ; Sunt enim spiritus demoniorum, facientes signa ranae**¹³⁶ [Ap 16,14]. Rana est enim loquacissima uanitas¹³⁶, nichil enim ad aliud¹³⁷ animal ipsud utile est¹³⁶, nisi quod sonum uocis improbis et importunis clamoribus ; reddit¹³⁸. Namque propter errorem proprium loci¹³⁹ inmundę sunt, et in collectiones aquarum et cęnum¹⁴⁰ et lacunas nutrire consuescunt. et indignę et fetidę uidentur ; non solum aquarum refugeę et siccitatis patientes sunt, sed aetiam in ipsis aquis sordibus et cęno uoluntantur¹⁴¹. Sic ypocriteę et pseudoprophetae, non in aqua limpidissima [fol. 185 a] quod in fontibus aut fluminibus est degunt, quod est doctrina apostolorum aut doctorum, sed in ipso populo qui membra diaboli esse creduntur. In eorum mentibus indignis clamoribus quasi rana¹⁴² e¹⁴³ cęno uoces ęmittunt, quia unam quadam et inflata modulatione uelut ranarum, sonis et cantibus modo huic deceptionis fabulas inferunt. Sic Pharao, qui quod populum perduceret in babtisma, post eum intrare ausus, ibidem mortuus. Sicut ranę certissimeę, et isti spiritum ranae habent inmundę, id est spiritum demoniorum, qui in hoc cęno uoluptatis occultantur. **Facientes signa qui**¹⁴⁴ **exeunt ad reges orbis totius congregare eos in bellum, diei magni Domini omnipotentis** [Ap 16,14].

Reges dicit omnes homines, regni diaboli.

Sicut sancti, qui corpora sua fortiter regunt reges dicuntur, ita e contrario omnes mali qui uoluntates corporis fatiunt, reges esse dicuntur, facientes inquit signa.

Signa dicit, sed non uera, quia sub nomine christianitatis et sanctitatis, qualiter decipiant, signa facere dicuntur. *Qui exeunt ad reges totius orbis. Non dixit fatient aut exient* [Ap 16,14], ut solum de futuro esse dicatur, sed facientes dixit. Et passione¹⁴⁵ Christi usque ad Antichristum omne omnino tempus, quid pseudosacerdotes in Eęcclesia facerent in unum comprehendit.

Recapitulatio est enim totius temporis, in quo ypocritae fatiunt signa cęlestia gerendo, id est babtisma in populo, et quasi benedictionem ostendendo. *Congregare eos ad bellum diei magni* [Ap 16,14]. Non quod [fol. 185 b] de toto orbe ad unum locum colligant¹⁴⁶, sed unamquamque gentem suo in loco, quia in omne mundo, sicut Aecclesia catholica dilatatur. Ita in toto mundo diabolus sub nomine christianitatis suos habere creditur, qui Eęcclesiam persecuntur, sicut ipsę¹⁴⁷ Aecclesię¹⁴⁷ dicitur. *Scio ubi habitas, ubi sedis est Sathanę*¹⁴⁸ [Ap 2,13].

135. ę final corr. en æ.

136. Déchirure du parchemin sur trois lignes.

137. aliut corr. en aliud.

138. reddet corr. en reddit.

139. loco corr. en loci.

140. cęno corr. en cęnum par ajout de um suscrit sans suppression du o.

141. n gratté après uolu.

142. s final gratté.

143. et corr. en e par grattage.

144. que corr. en qui.

145. Le folio a été coupé par le même instrument tranchant et à la même hauteur que le folio suivant, où l'on a prélevé une image. Restauration maladroite.

146. n ajouté en interligne avant le t final.

147. a final corr. en æ

148. h ajouté en interligne.

Diem namque Domini magnum, totum tempus dicit a Domini passione, sed pro locis accipiendus est.

Aliquando enim diem iudicii dicit diem Domini. Aliquando nouissimam¹⁴⁹ persecutionem¹⁵⁰ Antichristi, aliquando totum tempus dicit, id est, a passione Domini usque ad Antichristum, quem¹⁵¹ non tempus sed unum diem nominat. Sicut per Amos prophetam dicitur. *Vē* inquit eis qui concupiscunt diem Domini. *Vt* quid iste uobis dies Domini, et ipsę tenebrę et non lux. *Quemadmodum* si fugiat homo a fatię leonis, et occurrat in domum suam, et incumbat manibus parieti, et mordeat eum serpens.

Nonne tenebrę dies Domini et non lux et nebula¹⁵² non habens lumen. Numquid iste comparationes conueniant in diem iudicii ubi iam non uacat de periculo ad periculum fugere, quia iam ibi ignis aeternus dicitur? Aut in diem iudicii tenebrę et non lux aut nebula non habens lumen? cum scriptum sit, quemadmodum fulgur¹⁵³ exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit aduentus Domini. *Hec*¹⁵⁴ ergo qu¹⁵⁵ diximus si tunc non erit, in hac uita sunt de quibus dies Domini tenebescunt, id est qui [fol. 185v^o a] hunc mundum in deliciis peragere concupiscunt. *Uę* inquit eis, qui concupiscunt diem Domini, id est qui in eo delectantur, quibus suavis est, et¹⁵⁶ qui in eo bona percipiunt, qui extimant lucrum esse religionem quibus dicit: *Vę* uobis saturatis, uę uobis qui ridetis, quia plangebitis non illi, de quibus dicit: *Beati* plangentes et lugentes, quibus iste dies, id est mundus non concupiscitur, quibus dies iste camini humiliationis paupertatis et tribulationis est. Sed diuiti dicitur, qui Christo indigente et ęsuriente, ille induitur purpura et ępultur splendide. *Quid* enim profuit ei filium se Abrahę nuncupari, qui opera Abrahę non fecerat? *Quid* enim prodest christianum dici, et non esse imitatore Christum?

Quid enim profuit diuiti illi cognouisse diem Domini, et concupisse gratulans in hoc mundo dignitatis genere et diuitiarum affluentia? *Non* illi Domini dies quem concupiuit in hoc mundo famis et nuditatis in postmodum fuit atque omnis caligo, confusa tenebrarum et caecitatis nox extitit perpetua. *Qui* fratrum negligentias non in uita corripere, et in hoc mundo oculos aperire non potuit, sed de inferno eos corripere quesit.

Sequitur denique et dicit. *Quemadmodum* iste dies concupiscentibus eum contrarius sit. *Odi* in dies festos uestros dicit Dominus, et non odorabor in sollempnibus uestris.

Quoniam etsi offeratis olocaustomata et sacrificia uestra non accipiam, et salutis [fol. 185v^o b] signum super limina uestra non respiciam. *Nam* et strepitum uiarum¹⁵⁷ tuarum et psalmum organorum tuorum non audiam. *Non* dixit si offeratis holocaustomata mea non accipiam, sed uestra. Dominus enim sua esse uult, id est diuina non eorum humana. *Sicut* offerunt et ueluti pro salute super

149. am écrit sur deux lettres grattées.

150. em écrit sur deux lettres grattées.

151. ae final gratté et remplacé par un tilde.

152. e final corr. en a.

153. fulgur restitué par les éditeurs, bien que u ait été gratté entre fulg et r.

154. Lecture des éditeurs, bien que e ait été gratté entre h et c.

155. ę gratté après qu.

156. et ajouté en interligne d'une encre plus claire.

157. rum ajouté en interligne.

limina sua agni sanguine consignant quę non respicit Deus, id est signum crucis in fronte gestant, et fidutiam bap̄tismi habere se putant, et Christianitatis indicium et hoc putant se illi sufficere absque iusto opere per hoc signum Christi participes esse. Signum est enim bestię non Christi sanguis, pro hoc dicit. *Facientes signa* [Ap 16,14], adiecit, adhuc ostendit illos diem Domini concupiscere, qui dum falso legitimis eius utuntur, et anniuersaria solempnitatum festiuitates ab eis legitime suscipiuntur et celebrantur, sua et non Domini sunt ¹⁵⁸ quod fatiunt, et eorum iocunditatem ueluti perpetim permanentem et non fugientem putant, in nullo fratribus concipientes. Vę inquit qui obtant hunc diem, et uacui ad illum diem adpropinquant, et attingunt et obseruant sabbata falsa, id est requiescunt in sollempnitatum festas qui dormiunt in lectis eburneis, et luxuriantur in stragulis eorum, et manducant ædos de gregibus et uitulos de medio armentorum lactantes, qui plaudunt ad uocem organorum ueluti permanentia, et numquam transeuntia existimauerunt et fugitiua. Qui bibunt colatum uinum, et prima ungenta ungentur et non concipiebantur tribulatis. Iterum tertio modo diem Domini in commune dixit [fol. 186 a]

[La suppression de l'image au verso a fait disparaître la partie supérieure du folio ; le texte disparu est restitué d'après l'édition de Sanders, p. 549-550] :

totum tempus et novissimum certamen, quod futurum speratur ; qui hunc diem saeculi in deliciis peragunt, qui de hoc die deliciarum ad diem supplicii pertrahuntur. **27** quem diem propheta intuens dixit : *prope est dies Domini magnus, prope et velox nimis. Vox diei Domini amara constituta est. tribulabitur ibi in eo die omnis fortis et potens. dies irae, dies illa, dies pressuræ et necessitatis. dies tribulationis et angustiae et exterminii, dies tenebrarum et nimbi, dies nubis et nebulae.* **28** *dies tubae et clamoris super civitates illas munitas et super angulos illos altos, et exprimam homines et ambulabunt quasi caeci, quoniam Domino peccaverunt et effundam sanguinem eorum quasi linum et carnes eorum quasi fimum. sed et argentum eorum et aurum eorum non poterit liberare eos in die irae Domini.* **29** manifestum est itaque totum tempus, et praesens et futurum, dixisse congregare eos in bellum diei magni Domini.

30 *Ecce venit ut fur beatus qui uigilat et seruat uerimenta sua, ne nudus ambulet, et uideant turpitudines eius. et congregabit illos in locum,*

qui dicitur ebrayce Armagedon [Ap 16,15-16].

Beatus est qui nunc uigilat et uestimentum operum suorum, id est bap̄tismi et penitentiae candidatus ambulet et elemosinis et iustis operationibus non praesentem, sed futuram requiem desiderat, ita et undique circumseptus bonis operibus ne dicto, facto, uel cogitatu dilabitur ¹⁵⁹, [fol. 186 b]

[Le texte de la partie manquante du folio est restitué d'après l'édition de Sanders, p. 550-551] :

ne in diem iudicii uideant sancti turpitudinem eius. **32** quod autem dixit, *congregabit illos in locum, qui dicitur Hebraice Armageton* [Ap 16,16], hoc ad novissimam persecutionem antichristi pertinet, tamquam si diceret, congregabit illos in pugnam. **33** hoc ad sanctos pertinet, qui in eo tempore in certamine erunt. in alia recapitulatione interpretat hunc locum dicens :

158. est corr. en sunt.

159. betur corr. en bitur.

congregabit eos in bellum, quorum est numerus sicut arena maris. 34 et ascenderunt in altitudinem terrae, et circumdederunt castra sanctorum et civitatem dilectam [Ap 20,8-9], id est, Ecclesiam. repetit ordinem apertius in septima fiala et persecutione novissima, qualis numquam in mundo fuerat facta.

STORIA SEPTIMI ANGELI

T 16. **17** *Et septimus angelus effudit fialam suam in aerem, et exiit vox magna de templo et a throno dicens : factum est. 18 et facta sunt fulgura, et voces, et tonitrua, et terrae motus factus est magnus.*

Et facta est ciuitas illa magna in tres partes, et ciuitates gentium ceciderunt, et Babilon illa magna in mentem Deo uenit dare ei poculum uini irę suę, et omnis insula fugit et montes non sunt inuenti.

Et grando magna quasi talentum qu¹⁶⁰ descendit de cęlo supra omnes. Et blasphemauerunt homines contra Deum ex plaga grandinis quoniam magna est plaga eius nimis¹⁶¹ [Ap 16,17-21].

[fol. 186v^o] *[La suppression de la partie supérieure de ce folio a fait disparaître l'image de la septième coupe (Ap. 16, 17).*

[186v^o a]

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE ::

Et¹⁶² septimus angelus effudit fialam suam in aerem, et exiit uox magna de templo, et a throno, dicens : factum est [Ap 16,17]. Iam supra diximus, Terra, Mare, flumina, et fontes aquarum, Sol, thronus bestię, fluuius [fol. 186v^o b] Eufrates, et aer, hoc septem unum esse. Quod autem dixit uox magna exiit de templo a throno dicens, factum est. Id est uox exiit ab Ecclesia, quę dicit finitum est. Deinde repetit et recapitulat, ab eadem persecutione.

Et facta sunt fulgura et uoces et tonitrua et terremotus factus est magnus, qualis non est factus ex quo homines facti sunt [fol. 187 a] super terram tantus terremotus, et tam magnus [Ap 16,18]. Id est pressura tempore Antichristi, qualis numquam fuit ab initio mundi.

Et facta est ciuitas illa magna in tres partes [Ap 16,19]. Fręquenter in hoc libro diximus, et iterum reiteramus tres partes populi esse in toto mundo, et duas esse diaboli, et una Dei. Vna esse foras Aecclesię, id est gentiles et infideles, et duas intra Ecclesiam, quę est simulacrum Antichristi, et tertia quę est Ecclesia.

Ergo ciuitas magna omnis omnino populus est, quisquis est sub cęlo, qui fiet in tres partes, cum Aecclesia separata fuerit, ut sit gentilitas una pars, et abhominatio uastationis altera, et Ecclesia, quae exiit de medio ipsius, tertia.

[La suppression de la partie inférieure du folio pour enlever une image au verso a fait disparaître un texte restitué ici d'après l'édition de Sanders, p. 552] :

5 *Sequitur enim et ostendit, quae sint tres partes dicens : et ciuitates gentium ceciderunt, et Babilon illa magna in mente Deo venit, dare ei poculum uini irae suae. et omnis insula fugit, et montes non sunt inuenti [Ap 16,19-20].* ciuitates gentium gentes sunt. quas supra diximus paganas. Babilon

160. ę gratté après qu.

161. Quoniam... nimis ajouté dans un cadre au bas de la colonne en fin de ligne.

162. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

confusio et abominatio est vastationis, quae est intra ecclesiam sub nomine Christianitatis. **6** quod autem dixit *civitates gentium ceciderunt*, omnem fortitudinem et spem gentium, quae in hoc mundo possidebat, dicit cecidisse, montes et insulae ecclesia est, in his civitatibus constituta et cruciata. **7** non enim separatas habent civitates Christianis, ut ipsae specialiter ceciderint, sed cum alii ecclesiam conculcant, tunc cecidere, et cadere et spem

[fol. 187 b] suam perdere dicuntur. Aut si in diem iudicii putandum est, cur postea Babilon in mentem Deo uenit ? Sed die ¹⁶³ his ciuitatibus ¹⁶⁴ dixit Dauid : Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum, cum communes habebant plateas et boni et mali. Istę sunt ergo tres partes, id est gentilitas et Babilon de qua exire iubetur populus Dei ; et insulae et montes, qui fugierunt, ipsa est Aecclesia. Fugire dicitur et non esse inuenta, id est non esse a malis separata.

Babilon autem, generale malum est aduersus Iherusalem, siue in gentibus, siue in falsis fratribus, sed pro locis accipiendum est, sicut ueritatem scimus. Tunc autem Babilon cadit, aut iram Dei bibit, cum

[La suppression de la partie inférieure du folio a fait disparaître un texte restitué ici d'après l'édition de Sanders, p. 553] :

potestatem accipit, ut ecclesiam persequatur, praecipue in novissima persecutione antichristi. propterea ipsam dicit cecidisse terrae motu, quem facit ecclesiae. **11** insulas enim septem ecclesias dicit esse, sicut Esayas dicit : *a claritate Domini turbabitur aqua maris ; propterea insulis erit claritas Domini, et insulis maris nomen Domini clarum erit.* **12** has insulas dicit fugisse et inventas non esse, id est, non esse separatas, quia illi, qui malis consentiuntur, separati esse dicuntur.

13 *Et grando magna quasi talentum, quae descendit de caelo supra omnes* [Ap 16,21]. haec grando, quae descendit de caelo, ira Dei est, quae descendet super peccatores. sicut scriptum est : *ira Domini sicut grando descendens.* **14** ab hac grandine Dominus tutelam suae ecclesiae

[fol. 187v° a] promittit dicens. Grando autem si descenderit, non ueniat super uos. Hac grandine ¹⁶⁵ eidem populo in hoc terremotu, comminatur Deus dicens : Cum uenerit Gog in terram Israël, in die illa erit terremotus grandis, in terra Israel, et adiecit : Iudicabo eum morte et sanguine, et imbre inundante, lapidibus grandinis, et ignem et sulfurem pluam super eum. Hec plaga grandinis et sulfuris et ignis spirituales sunt intra Aecclesiam. Sic in Egipto legimus decem plagas, quas omnes in hoc libro spirituales esse cognoscas. Et omnes plage Egipti figurę fuerunt plagis ¹⁶⁶ eorum spiritalium. **Et blasphemauerunt homines Deum, ex plaga grandinis, quoniam magna est plaga eius nimis** [Ap 16,21]. Non ut apertae

[La partie inférieure du folio contenant une image du Livre IX a été coupée.]

163. die (?) ajouté en interligne.

164. has ciuitates corr. en his ciuitatibus.

165. hanc grandinem corr. en hac grandine.

166. plaga corr. en plagis.

[fol. 187v° b] blasfement Deum, sed cum in peccatis luxuriantur, et filios Dei se dicunt, a plaga grandinis id est ab ira Dei spiritualiter deuastantur, cum quiete se et longo tempore in hoc mundo uiuere credunt, repente ab hac luce subtrahuntur ¹⁶⁷, et ignorant ad quam ¹⁶⁸ p̄na uel supplicia ducuntur. Hęc sunt septem fiale, id est spirituales plage, que ¹⁶⁹ in hoc mundo intra Aecclesiam reguntur. Hic facit finem, et recapitulat ab origine, id est a Christi passione.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

167. h ajouté en interligne.

168. Tilde ajouté d'une autre encre.

169. qui corr. en que.